

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mors bh
cum fonte primo

Nemo scit nostrum quam prope
uersetur terminus. Sic itaque formemus
animum tanquam ad extrema uentum
sit.

Stat quidem terminus nobis ubi illum
inexorabilis fatorum necessitas fixit, sed
nemo scit nostrum quam prope
versetur a termino; sic itaque formemus
animum tamquam ad extrema ventum
sit.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 101, 7 (L. Reynolds ed., vol.2, p.422, ll.17-21).

Venientem nemo ylaris mortem recipit
nisi qui se ad illam diu composuerit.

Seneca in extrema parte epistolarum,
epistola XII.

Venit aliquis ad mortem iratus:
mortem venientem nemo hilaris exceptit
nisi qui se ad illam diu composuerat.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 30, 12 (L. Reynolds ed., vol.1, p.87, ll.24-26).